Testes habens Thomas Joanovics.... coelebs talem se esse signans medio Joannis Sagma Pestiensis....

Adjurandus Theodorus Genitovics 55 annorum in Regno ab annis 12, in Pomáz habitat 5 annos artem psitoriam exercens habet uxorem Milicam Petrovam et ex ea prolem Annam 2 annorum.

Adjurandus Georgius Mihalovics annorum 36 in Regno a 18, in Pomaze 7 professione mercarius uxorem habet Simonam Artin ex Banatu loco Maricsuk (?) nullas vivas proles habens.

Georgius Nikola adjurandus annorum 50 in Regno a 30, in Pomáz a 10 annis quaestuat cum minutioribus uti sale Tabaca viduus penes se proles 8. 1) Petrus 24, 2) Paulus 14, 3) Georgius 12, 4) Timotheus 10, 5) Thomas 10, 6) Sara 15, 7) Julianna 9, 8) Sophia 7 annorum, exivit Macedonia quam adolescens.

Adjurandus Georgius Mladenovics annorum 25 in Regno quam puer 6 annorum educatur, in Pomaz a 9 annis oeconomia viyit coelebs penes Testimonium Theodori Genitovics et Georgii Nikola.

Adjurandus Georgius Kumancovics annorum 40 ab infantia in Regno educatur nunc in Irsa recentissime cum quaestu diversarum rerum conferens uxorem habet Evam Peperi Strigonio ductam proles 2 habet Annam 11 et Juliannam 10 annorum in Turcia nihil amplius habens.

Testes habens Joannes Gyurkovics annorum 48 in Regno ab annis 36 in Soroksár a 20. Quaestum fornicem servando exercet habet uxorem ex Turcia loco Moschopolo ductam Constantinam Manolovics proles 2 Juliannam 9, Adamum 5 annorum in Turcia nihil habet amplius proles per se manent.

Testes habens Marcus Popovics annorum 39 in Regno a 20, in Irsa quaestuando a 17 annis habitans uxorem habet Marciam.. quam Pestini ut ex Turcia Loco Moskopoli emigrantem duxit et actu Pestini habitat habetque proles nullas.

Adjurandus Thomas Vetanovics annorum 37 in Regno a pueritia in Rékás autem actu... anno in quaestu manet antea Sodalem... inde agebat habet uxorem Annam Hajko Agria oriundam et matrem ibi habentem proles hucdum nullas habet.

Testes habens Georgius Janosovics Sáriensis uxorem Annam Mariko Pestini proles nullas habet.

Adjurandus Demetrius Koszta Annorum 40 quaestor Soroksáriensis in Turcia Loco Moszkopoly natus in Regnum iam a 20 annis emigrans habens uxorem aequae ex Moszkopoly Catharinam Panki dictam prolem ex ea unam Athanasium medii Anni et ad Turciam nullam amplius relationem fovens.

Adjurandus Georgius Markovics annorum 42 quaestor Graecus in gremiali Civitate Archieppali. Coloca residens natus in Turcia Loco Kozsgyan in Regno tamen ab annis 30 habitans habens uxorem ex oppido Sz. Endre Christinam Sztojanovics ex ea proles 3... annorum 4 Demetrium annorum 6 Juliannam annorum 3. In Turcia nullam amplius correlationem cum Turcicis subditis se fovere de clarans.

Alexander Paulus quaestor Graecus in gremiali Possessione Har-

ta natus in Macedonia Loco Kozsan in Regno tamen iam ab annis 20 residens habens uxorem Anastasiam Szabados ex oppido Raczkeve ex ea proles nullas in Turcia nec cognatos nec aliam relationem amplius habens.

Nicolaus László annorum 32 Quaestor Graecus in gremiali oppido Pataj, natus in Macedoniae Citte, Satista in Regno jam ab annis 18 degens habens uxorem Catharinam ex oppido Sz. Endre filiam Joannis... ex ea prolem unam Mariam unius anni in sfata. Civitate Satista habens quidem adhuc vivam matrem Alexandram nominatam sed cum ea infirmant nihil amplius possidere.

Michael Sigmondovics annorum 50 in gremiali Possessione Dömsöd quaestum exercens Graecus natus in Macedonia loco Kozsan in Regno autem a 41 annis habitans cuius uxor Elisabetha Galovits ex Loco Comiatatus... Pentele ex ea proles quattuor unum filium Georgium 18 annorum, Catharinam 13 annorum, Annam 14 annorum, Elisabetam 9 annorum penes se habitantes in Turcicis Ditionibus amplius ut nec aliquos cognatos ita nec aliquam substantiam habens.

2-a Junii 1775 comparens

Demetrius Kozma Graecus annorum 65 in gremiali Possessione Tass quaestum exercendo ab annis 49 manet natus autem in Macedonia Loco Kozsgyan ubi amplius nec amicos nec substantiam habet habens uxorem Mariam Knyezsevic ex Raczkeve ex ea proles sex Georgius 28 annorum, coelibem in Raczkeve Sartorem agentem, Annam 26 annorum nuptam Budae Danieli Szabó Sartori, Juliannam 16 annorum, Michaelem 9 annorum, Petrum 6 annorum, Catharinam 9 annorum penes se constitutos.

1775 5. Junii

Joannes Simon Graecus quaestor annorum 42 in gremiali Possessione Sükösd manens ac in Regno ab annis 30 habitans natus in Macedonia Loco Kozsan ubi amplius quidquid possidet habens uxorem Annam Efikovics(?) quam duxit ex Loco Comitatus Albensis Pentele ex ea proles quattuor Stephanum 12 Ladislaum 9 Alexandrum 9 Sophiam 7 annorum penes se constitutos.

Paulus Popovics Graecus quaestor in gremiali Possessione Csánád residens ac in Regno ab annis 15 commorans natus in Macedonia Citte Kozsan ubi amplius quidquid possidet habet uxorem Evam Iszakovics ex oppido Baja filiam Georgii Iszakovics ex ea vero hucdudum proles nullas.

1775 Jun. 6 comparens

Constantinus Laszkar annorum 49 Graecus quaestor in gremiali oppido Szentendre habitans natus in Macedonia Loco Sipiska in Regnum cum uxore et prolibus ante annos quinque emigravit cuius uxor nominata Maria Popovics Proles: Georgius 14, Julianna 9, Maria 5 Erga supplicationem suam super eo factam ac in conformitate....

1775 Jun. 23 comparens

Georgius Kondenovics annorum 30 Graecus quaestor in gremiali oppido Szentendre habitans natus in Macedonia Loco Moszkopoly in Regnum ab annis 18 emigrans habens uxorem Annam Deszkatovics ex Szentendre filiam Demetrii Deszkatovics ex ea proles 2 Annam 2, Demetrium filium anni unius erga supplicationem suam supra eo factam ac in conformitate....

1775 Aug. 28.

Demetrius Droklya Graecus quaestor ann. aetatis 50 in gremiali oppido Kecskemèt a 10 annis residens medio attestati ejusdem oppidi comprobans, quod ex Macedonia adhuc 1742 emigraverit ac in Statu Coelibe actu constituat erga supplicationem.

X.

Conscriptio Graecorum Kecskemétiensium anno 1776.

(Pest Megyei Levéltár, Miscellaria Antiqua: 1776—17—57)

Infrascripti praesentibus testamur et recognoscimus, quod in obsequium Benigne in merito conscribendi Graecorum Kecskemétini degentium numeri emanatae et via Excelsi Consilii Regii Submissae Caes.—Regiae Ordinationis e Particulari inclytorum horum Pest, Pilis et Solth articulariter Unitorum Comitatum congregatione Pestini die 14 evoluti mensis Novembris celebrata exmissi ad faciem antelati oppidi descenderimus convocatisque in praesentiam Nostri Graecis Hospitibus rationem adventus Nostri cum explanatione Benigni Jussi declaraverimus, deinde omnium Kecskemétini degentium Graeci Ritus non uniti Hominum et Familiarium secundum clementer praescripta Puncta utpote habita ad Domitiatialium vel Censualem item Homagiatum aut Portae Ottomanicae subiectum eorundem statum attentione, conscriptionem peregrimus modalitate subnexa nempe.

In dextro latere expositis numeris Hospites dumtaxat signavimus eorumque nomina in prima rubrica seu linea locavimus Personalem vero cuiusvis numerum a sinistris exposuimus.

Post quemlibet autem Hospitem illius conventionatos Sodales Tyrones aut si habet proles vel Famulos Ancillas agasones scripsimus, exposito pariter a sinistris personali eorum numero taliter.

Graecorum non Uniti Ritus Hominum et ad eos pertinentium Familiarium in oppido Kecskemeth degentium actualis status hic subinsertus est.

1) Joannes Ruzsanyi annorum 42, coelebs, Graecus et eiusdem ritus non uniti, Domum Ecclesiae Catholicae erga censum conductam incolit, Quaestum cum minuciis exercet, Subditelam Turcicam abjuravit et Testimoniales Comitatus hujus eatenus remonstravit.

Joannes Mihaly Annorum 40. Uxorem in Turcia habet, Graecus et eiusdem ritus non uniti, est Sodalis praefati Graeci, in Turcia autem subditela perseverat.

Michael Koszta annorum 12. Rascianus, non uniti Ritus, eiusdem Graeci Tiro et Cameralis oppidi Ratzkeve incolae Filius.

2) Martinus Koszta annorum 28, coelebs, Graecus, ritus non uniti, Domum Coloni Oppidani erga censum conductam inhabitat, mercatur cum Viennensibus et Hungaricis mercibus, Subditelam Turcicam abjuravit eatenusque Comitatus hujus Testimoniales remonstravit.

Nicolaus Pap annorum 25, coelebs, Graecus et eiusdem Ritus non uniti apud modo fatum Graecum Sodalium agit, in Subditela Turcica persistit.

Paulus Demeter annorum 22, coelebs, Graecus et eiusdem ritus non uniti apud modo fatum Graecum sodalis est, in Subditela Turcica perseverat.

Tomas Fülep annorum 16, Graecus et eiusdem ritus non uniti pariter antefati Graeci Tyro, in Subditela Turcica persistit.

Axentius Varsányi annorum 15, Graecus, ritus non uniti prius fati Graeci Tyro, in subditela Turcica persistit.

3) Balthasar Micsó annorum 37, coelebs, Graecus, ritus non uniti, Domum Ministri Reformati erga censum conductam incolit, quaestum cum Viennensibus et Hungaricis mercibus exercet, Subditelam Turcicam abjuravit Testimonialesque Comitatus hujus eatenus produxit.

Joannes Miklos annorum 17, Coelebs Rascianus, Ritus Graeci non uniti, praefati Graeci Sodalis, Banatus Temesiensis Incolae Filius.

Joannes Koszta annorum 11, Graecus, ritus non uniti et Tyro praefati Graeci, in Subditela Turcica perseverat.

4) Georgius Demeter annorum 32, coelebs, Graecus, ritus non uniti, Domum Oppidani Reformati Ministri erga censum conductam incolit, quaestum cum Viennensibus et Hungaricis mercibus exercet, Subditelam Turcicam abjuravit eatenusque Testimoniales Comitatus Csongradiensis produxit.

Thomas Strandafil annorum 25, coelebs Graecus et eiusdem ritus non uniti, apud antefatum Graecum Sodalem agit, in Subditela Turcica perseverat.

5) Demeter Drochla annorum 52, coelebs, Graecus, ritus non uniti, Domum Oppidani Coloni erga censum conductam incolit, quaestum cum Viennensibus et Hungaricis mercibus continuat, Subditelam Turcicam abjuravit Testimonialesque Comitatus hujus desuper exhibuit.

6) Georgius Pulya annorum 32, coelebs, Graecus et eiusdem ritus non uniti. Domum Oppidani Coloni erga censum conductam incolit. Quaestum Viennensibus et Hungaricis mercibus continuat, Subditelam Turcicam abjuravit Testimonialesque Comitatus hujus eatenus produxit.

Joannes Marton annorum 20, coelebs, Graecus, ritus non uniti apud praefatum Graecum Sodalem agit in Subditela Turcica perseverat.

Petrus Préda annorum circiter 25, coelebs, Valachus, Graeci ritus non uniti, auriga praefati Graeci Banatici subditi Caes.— Regii Filius.

7) Nicolaus Miskoltzy annorum 25, coelebs, Graecus et eiusdem ritus non uniti, Domum Oppidani Coloni erga censum conductam incolit, Quaestum cum Viennensibus et Hungaricis mercibus exercet, Subditelam Turcicam abjuravit Testimonialesque Comitatus hujus desuper produxit.

Georgius Neztorovics annorum 24, coelebs Valachus, Graeci ritus non uniti apud praefatum Graecum sodalem agit ex Comitatu Aradiensis Subditi Caes.— Regius.

Stephanus Hagymási annorum 10, Graecus, ritus non uniti, Praefati Graeci Tyro, in oppido Kecskeméth natus.

8) Paulus Juház annorum 32, coelebs, Graecus, ritus non uniti, Domum oppidani Coloni erga censum conductam incolit, Quaestum cum promiscuis mercibus exercet, Subditelam Turcicam abjuravit Testimonialesque Comitatus hujus exhibuit.

Joannes Zsivanovics annorum 18, Rascianus, Graeci ritus non

uniti ex Banatu Temesiensi subditus Caco.— Regius, antelati Graeci Sodalis.

9) Ladislaus Ruzsa annorum 24, coelebs, Graecus et eiusdem ritus non uniti, Domum Oppidani Coloni erga censum conductam incolit, Quaestum cum promiscuis mercibus exercet, Subditelam Turcicam abjuravit Testimonialesque Comitatus hujus desuper exhibuit.

Martinus Mészáros annorum 22, coelebs, Graecus et eiusdem ritus non uniti, apud praefatum Graecum Sodalem agit, in Subditela Turcica persistit.

Georgius János annorum 14, Graecus et eiusdem ritus non uniti, praefati Graeci Tyro in Subditela Turcica permanet.

10) Demetrius Thoma annorum 30, Coelebs, Graecus, Ritus non uniti, Domum Ecclesiae Catholicae erga censum conductam incolit, Quaestum cum Viennensibus et Hungaricis mercibus exercet, Turcicam Subditelam abjuravit Testimonialesque Comitatus hujus superinde produxit.

Joannes Sándor annorum 20, Coelebs, Graecus et eiusdem ritus non uniti, praefati Graeci Sodalis, in Subditela Turcica permanet.

11) Demetrius Juhász annorum 47, uxorem in Turcia habet, Graecus et eiusdem ritus non uniti, Domum oppidanae communitatis erga censum conductam incolit, Quaestum nullum exercet, Turcicam Subditelam abjuravit Testimonialesque Comitatus hujus eatenus in copia produxit.

Marcus Juhaz annorum 16, Graecus et eiusdem ritus non uniti, cum praefato Patre suo habitat.

12) Joannes Kirjak annorum 65, Uxorem in Turcia habet, Graecus et eiusdem ritus non uniti, Domum oppidanae communitatis erga censum conductam incolit, Quaestum non exercet, Subditelam Turcicam abjuravit et Testimoniales Comitatus hujus superinde exhiberi in copia curavit.

13) Constantinus Tullio annorum 34, Uxoratus, Graecus et eiusdem ritus non uniti, Domum oppidanae communitatis erga censum conductam incolit, Quaestum cum Viennensibus et Hungaricis mercibus exercet, Turcicam Subditelam abiuravit Testimonialesque Comitatus hujus super eo, produxit.

Joannes Juhasz annorum 22, Coelebs, Graecus et eiusdem ritus non uniti, praefati Graeci Sodalis, in Subditela Turcica subsistit.

Nicolaus Chrizanta annorum 19, Graecus et eiusdem ritus non uniti, prius fati Graeci Sodalis, in Subditela Turcica perseverat.

Joannes Exendi annorum 18, Graecus et eiusdem ritus non

uniti, praefati Graeci Tyro, in Subditela Turcica perseverat.

Andreas Stojon annorum 11, Graecus et eiusdem ritus non uniti, antelati Graeci Tyro ex Comitatu Batsiensi oriundus, subditus Cao. - Regius.

Joannes Káralh annorum 11, Graecus et eiusdem ritus non uniti, praeattacti Graeci Tyro, in Subditela Turcica persistit.

14. Theodorus Jemand annorum 34, coelebs, Graecus et eiusdem ritus non uniti, Domum Oppidani Coloni erga censum conductam incolit, Quaestum cum promiscuis mercibus exercet, Subditelam Turcicam abjuravit Testimonialesque Comitatus hujus eatenus produxit.

Joachimus Tanacs annorum 17, Graecus et eiusdem ritus non uniti, praeallati Graeci Tyro ex Banatu Temesiensi oriundus.

15. Martinus Gyorgy annorum 26, coelebs, Graecus, ritus non uniti, Domum Oppidani Coloni erga censum conductam incolit, Quaestum cum promiscuis mercibus exercet, Subditelam Turcicam abjuravit Testimonialesque Comitatus hujus eatenus exhibuit.

16. Demetrius Laszlo annorum 25, coelebs, Graecus et eiusdem ritus non uniti, Domum Oppidani Coloni erga censum conductam incolit, Quaestum cum promiscuis mercibus exercet, Subditelam Turcicam abjuravit et Testimoniales Districtus Jazigatis eatenus produxit.

Paulus Kazula annorum 37, Coelebs, Graecus et eiusdem ritus non uniti apud praefatum Graecum Sodalis est, in Subditela Turcica subsistit.

Soter Popovics annorum 25, Coelebs, Graecus et eiusdem ritus non uniti, praedicti Graeci Sodalis, in Turcica Subditela permanet.

Georgius Stephanovics annorum 32, Coelebs, Graecus et eiusdem ritus non uniti, ante dicti Graeci Sodalis, in Turcica Subditela perseverat.

17. Michael Micso annorum 36, Coelebs, Graecus et eiusdem ritus non uniti, Oppidani Coloni Domum erga censum conductam incolit, Quaestum cum promiscuis mercibus exercet, Subditelam Turcicam Testantibus hujus Comitatus Literis abjuravit.

Ladislauus Haris annorum 22, Coelebs, Graecus et eiusdem ritus non uniti, praefati Graeci Sodalis in Subditela Turcica permanet.

Georgius Janos annorum 22, Coelebs, Graecus et eiusdem ritus non uniti, praefati Graeci Sodalis, in Subditela Turcica perseverat.

Pantaleon Nyiranés, annorum 17, Graecus et eiusdem ritus non uniti, prius dicti Graeci Tyro in Subditela Turcica persistit.

18. Εμμανουελ Pilyi annorum 26, uxorem in hoc oppido secum habet, Graecus et eiusdem ritus non uniti, Domum Oppidani Inco-

lae erga censum conductam incolit, Quaestum cum promiscuis mercibus exercet, Subditelam Turcicam Testantibus Comitatus hujus Literis abjuravit.

Nicolaus Kerovics annorum 13, Graecus et eiusdem Religionis apud praefatum Graecum Tyronem agit in oppido hoc Kecskeméth natus.

Catharina annorum 18, Graeci ritus non uniti, attacti Graeci servitis.

19. Joannes Rusa annorum 52, Coelebs, Graecus et eiusdem ritus non uniti, Domum Oppidani Coloni erga censum conductam incolit, Quaestum cum pecoribus et pecudibus exercet, Subditelam Turcicam abjuravit Testimonialesque eatenus Comitatus hujus remonstravit.

Lucas Rusa annorum 45, Coelebs, Graecus et eiusdem ritus non uniti, praefati Graeci Sodalis, ex Patre pariter Graeco in Cumanicali possessione Szent Miklós pridem demortuo prognatus nihilque seu actualitatis, seu quod speret in Turcia habet, itaque subditum Cao. - Regium se nominat.

20. Balthasar Pap annorum 40, Uxorem in hoc oppido duxit, Graecus et eiusdem ritus non uniti, Domum Oppidani Coloni erga censum conductam incolit, Quaestum cum minucis exercet, Subditelam Turcicam abjuravit, Comitatus hujus Testimoniales superinde produxit.

Habet proles duas Catharinam Septennem, Joannem Triennem.

21. Joannes Athanasius Husvéth annorum 41, Uxorem in Graecia habet, Graecus et eiusdem religionis non unitae, Domum Oppidani Coloni erga censum conductam incolit, Quaestum nec Mercataram exercet in Subditela Turcica perseverat.

22. Constantinus Argirovics annorum 37, Uxorem in Graecia habet, Graecus et eiusdem ritus non uniti, Domum oppidani Coloni erga censum conductam incolit, Quaestum non exercet, in Subditela Turcica perseverat.

23. Paulus Tullio annorum 48, viduus Graecus, ritus non uniti, Domum orphanorum Harsangianorum erga censum conductam incolit, Quaestum cum Lana et piscibus, puta Huzone stutione maiore ac aliis exercet in Subditela Turcica perseverat.

Petrus annorum 30, coelebs, Valachus, Graeci ritus non uniti, praefati Graeci agaso ex Banatu oriundus.

24. Thomas Janositz annorum 70, Uxorem in Turcia habet, Graecus et eiusdem ritus non uniti, in Domo Oppidani Incolae de-

litescit, Quaestum nullum exercet in Subditela Turcica perseverat.

25. Demetrius Mico annorum 27, viduus, Graecus et eiusdem ritus non uniti, Domum Oppidani Coloni erga censum conductam incolit, Quaestum cum Turcicis mercibus exercet, Subditelam autem Turcicam perseverat.

Summa Kecskemethiensium Graecorum : 64

Hinc apparet, quod ex praesertis Graecis Hospitibus Domiciliatus seu qui propriam Domum in oppido Kecskemeth incoleret, nemo sit, verum duo interdum tres, in mutua societate alienam Domum vel Fornicem aut officinam pro pactato censu conducere servaeque ac taliter unitis viribus quaestum promovere aut vitae etiam solum alimenta quaerere soleant.

De eorum interim Statu oppidanus quoque senatus perquisitus et exauditus sub A hic adnexam in Scriptum redactam Declarationem nobis praesentavit.

Super his ea propter ad Implementum Benigni Jussi per nos modalitate praemissa effectuatius genuinam eamque humillimam praesentamus hanc nostram Relationem. Datum Pestini 10. 10 - bris 1776. Stephanus Vida, Ignatius Balla.

XI.

Conscriptio

Graecorum Portae Ottomanicae subditorum et in comitatum Pesth, Pilis et Solth articulariter unitorum processu Kecskemethiensi commorantium in anno 1778 mense Decembri peracta.

(Pest Megyei Levéltár, Miscellaria Antiqua: 1779 - 20 - 16)

Quaestiones sunt sequentes :

1. Nomen, aetas, natio, religio et conditio prout et personae descriptio Portae Ottomanicae subditorum Christianorum vel Iudaeorum.

2. Provincia habitationis et nativitatis locus in Ottomanico Imperio.

3. Tempus et locus ingressus in Caesareo - Regias Haereditarias Ditones item ablicentiale testimonium per Portam vel eius gubernatorem confiniarium bassam elargitum una cum schaedam sanitatis et salvi passus ad certum tempus.

4. Quorsum tendat et qua via ire velit?

5. Locus et habitatio, ubi in Caes. - Regiis Haereditariis provinciis commoratur.

6. Quaestus exercendus et species mercium.
7. Exspirans ablicentionale testimonium.
8. Elargitio novarum passualium a suis competentibus foris in Caes. - Regiis Ditionibus.
9. Semet pro subdito Caes. - Regio declarat et ideo ablicentionale testimonium ob eodem acceptum est.
10. Summa personarum.

In oppido Kecskeméth

I

- 1) Joannes Kiriak annorum 50 Graecus et Graeci ritus non uniti, facie munda, rotunda et pinqui.
- 2) Natus in Macedoniae civitate Kozsanj, ubi uxorem et bona habet.
- 3) Anno 1771 penes ablicentionale testimonium Turcicum per Zemlinium cum acceptis a commandante regio militari isthinc sanitatis literis intravit postremo Hungariam.
- 4) Venitque recta via in comitatum Pestiensem.
- 5) Subsistit Kecskemétini, ubi actu quoque moratur.
- 6) Nullum quaestum exercet, nec merces habet.
- 7) Ablicentionale Turcicum testimonium cum effluxu ab illius emanatione unius anni exspiravit.
- 8) Passuales autem a Praesidii Zemliniensis commandante regio accepit.
- 9) Libenter subditus Caes. - Regius esse velit, modo uxorem ex Turcia efferre posset.

II

- 1) Demetrius Juhász annorum 49, Graecus et Graeci ritus non uniti, uxoratus, subalbae faciei, nigrorum capillorum.
- 2) Natus in Macedoniae Civitate Kozsánj.
- 3) Anno 1764 cum ablicentionali begi testimonio per Belgradum postremo venit Zemlinium, ubi a Praesidii Regii commandante passuales sanitatis literas accepit.
- 4) Et recta ad comitatum Pestiensem ascendit.
- 5) Venitque ad oppidum Kecskeméth, ubi et hodie moratur.
- 6) Nullas merces habet, nec quaestum exercet.
- 7) Testimonium begi ad unum annum datum exspiravit.

8) Zemlinii autem a Praesidii regio commandante novas etiam sanitatis literas accepit.

9) A subditela Caes. - Regia ob absentiam uxoris praepeditur.

III.

1) Constantinus Argiro annorum 44, Graeci ritus non uniti fulvos oculos, rotundam faciem habet, mediocri statura, uxoratus.

2) Natus in Macedoniae civitate Sathesta.

3) Anno 1769 penes ablicentionale Turcicum testimonium Zemlinii a Praesidii commandante regio obtentis sanitatis passualibus intravit in Hungariam.

4) Venitque missus ad oppidum Kecskeméth.

5) Ubi actu quoque moratur.

6) Ob publicatam prohibitionem quaestum non exercet.

7) Testimonii Turcici seu Haracs Schedae vigor solum annus iam exspiravit.

8) Passuales autem super sanitate Zemlinii a commandante regio obtinuit.

9) Pro subdito Ottomanico se declarat.

IV.

1) Joannes Husvéth annorum 42 Graecus natione et religione, altae staturae, pinguis, rubicundae faciei, subluscus, uxoratus.

2) Natus in civitate Macedoniae Kozsánj.

3) Anno 1770 postremo cum ablicentionali Turcico testimonio venit Semlinium, ubi a Praesidii commendate regio obtentis sanitatis et passualibus litteris intravit Hungariam.

4) Directa via rursus dicit se ascendisse Kecskeméthinum.

5) Ubi actu quoque moratur.

6) Contra publicatam inhibitionem non praesumit quaestum exercere.

7) Cum effluxu anni ingressus eiusdem ablicentionale testimonium exspiravit.

8) Passuales vero et super sanitate literas Semlinii a commandante regio accepit.

9) Pro Ottomanico subdito semet declarat.

V.

- 1) Mitsodimitti annorum 26, Graecus non unitus, uxoratus, mediocris staturae, oblongae glabrae faciei, nigrorum capillorum.
- 2) Natus in Macedoniae civitate Kozsánj.
- 3) Anno 1778 penes testimonium Kajajae per Semlinium cum Praesidii commandantis regii sanitatis et passualibus literis intravit Hungariam.
- 4) Kecskeméthinum venit.
- 5) Ubi plerumque, Pestini vero interdum moratur.
- 6) Quaestum non exercet, sed dicit pro incassatione activorum suorum debitorum se huc ascendisse.
- 7) Ablicentionale Kajajae testimonium expiravit.
- 8) Super sanitate autem prout et passuales Semlinii a regio commandante literas novas obtinuit.
- 9) Ottomanicus subditus.

VI.

Demetrius Paulus Kozma annorum 25 Graecus, non uniti ritus, mediocris statura, crisporum capillorum, subalbae faciei.

- 2) Natus in oppido Macedoniae Sateszta.
- 3) Anno 1768 cum patruale suo penes Turcicum (ut cogitat) testimonium venerunt Semlinium obtentisque post contumaciam expletam a commandante regio passualibus et sanitatis literis intraverunt Hungariam.
- 4) Ac directa via venerunt Szolnokinum, inde autem post quinque annos.
- 5) Solus transivit Kecskeméthinum, ubi actu quoque moratur.
- 6) Apud homagiatum quaestorem Martinum Koszta penes Viennenses merces sodalem agit.
- 7) Ablicentionale Turcicum testimonium, cuius meminit, pridem expiravit.
- 8) Passuales autem et super sanitate literas Semlinii commandans regius ambobus extradedit.
- 9) Pro Ottomanico subdito semet declaravit.

VII.

- 1) Paulus Nierens annorum 18, albae faciei, crisporum capillorum, glaucorum oculorum.

- 2) Natus in Macedoniae oppido Satészta.
- 3) Anno 1773 cum Turcico testimonio venit Semlinium, inde vero penes regias passuales intravit Hungariam.
- 4) In comitiva aliorum venit Kecskeméthinum.
- 5) Ubi a quinque annis moratur.
- 6) Apud homagiatum Quaestum Michaelem Micso penes merces Viennenses sodalis est.
- 7) Turcicum provocatum testimonium cum effluxu ab emanatione unius anni exspiravit.
- 8) Novas autem passuales Semlinii a commandante regio obtinuit.
- 9) Ottomanicus subditus.

VIII.

1. L a z a r u s J o a n n e s anno 19, Graecus, non uniti ritus faciei tenuis oblongae, subnigrorum crisporum capillorum.
2. Natus in Macedoniae oppido Szerez.
3. Anno 1772 penes ablicentionale Turcicum testimonium venit Semlinium, ubi a commandante regio acceptis sanitatis et passualibus literis intravit Hungariam.
4. In comitiva aliorum Petrovaradiensium ascendit.
5. Inde autem anno praeterito venit Kecskeméthinum.
6. Homagiati Graeci quaestoris Pauli Constantini penes Viennenses merces institorem agit.
7. Ablicentionale Turcicum testimonium (quod producere non potuit) opinatur, quod iam hucusque exspiraverit.
8. Novae autem passuales Semlinii datae sunt, sed nec has exhibere potuit.
9. Ottomanicus subditus.

IX.

1. A l e x a n d e r V a r s á n y i seu S z t a n k o v i c s annorum 18, Graecus, non uniti ritus, faciem subnigram, crispas capillos habet.
2. Natus in Macedoniae civitate Szer.
3. Anno 1770 cum literis begi venit Semlinium obtentisque post contumaciam expletam a commandante regio passualibus intravit Hungariam.
4. Directa via venit Petrovaradinum post expletos ibidem quinque annos.

5. Venit Kecskeméthinum, ubi quoque actu subsistit.
6. Penes Martinum Koszta homagiatum Graecum quaestorem sodalis.
7. Ablicentionale testimonium dicit se perdidisse.
8. Prout et passuales literas Semlinii datas per alios itineris socios Graecos acceptas esse.
9. Turcicus subditus.

X.

1. Teodorus Demeter annorum 18, Graecus, non uniti ritus, faciei glabrae, rubicundae, subnigrorum capillorum.
2. Natus in Macedoniae civitate Sateszta.
3. Anno 1772 venit cum certis quaestoribus Semlinium, ubi contumaciam expleverunt dimissique intrarunt Hungariam.
4. In quorum comitiva venit Halasinum, ibique relictus explevit quinque annos.
5. Hoc tandem currente anno Kecskeméthinum transivit.
6. Est apud homagiatum Graecum quaestorem Rosa penes Viennenses merces sodalis.
7. Non reflectit se vidisse ablicentionale Turcicum testimonium.
8. Nec alias seu sanitatis seu passuales literas.
9. Turcicus subditus.

XI.

1. Joannes Miklós seu Nico annorum 13, Graecus, non uniti ritus, nigrorum capillorum, candidae faciei.
2. Natus in Macedoniae civitate Sateszta.
3. Anno 1776 cum Graecis quaestoribus venit Semlinium et expletis contumaciae diebus intravit Hungariam.
4. Ductus est ab iisdem Graecis directa via Kecskeméthinum,
5. Ubi actu quoque moratur.
6. Quo tyro apud Paulum Constantinum homagiatum quaestorem cum Viennensibus mercibus.
7. De ablicentionali Turcico testimonio nihil certi referre scit.
8. Prout etiam de passualibus ac sanitatis literis Semlinii an pro parte ipsius quoque emanatae fuerint, ignorat.
9. Turcicus subditus.

XII.

1. Joannes Thomas annorum 19, Graecus, non uniti

ritus, faciem rotundam oblongam subalbam, capillos vero subnigros habet.

2. Natus in Macedoniae civitate Ambelagia.

3. Anno 1776 penes Turcicum ablicentionale testimonium per Belgradum venit Semlinum, ubi transactis contumaciae diebus cum passualibus et sanitatis literis a commandante regio elargitis intravit Hungariam.

4. Ascendit directa Pestinum, indeque

5. divertit Kecskemétinum.

6. Apud Paulum Juhász homagiatum quaestorem Graecum Hungaricis mercibus agit tyronem.

7. Ablicentionale Turcicum testimonium effluxu ab emanatione unius anni exspiravit.

8. Novas vero passuales et sanitatis literas Semlinii obtinuit.

9. Ottomanicus subditus.

XIII.

1. B a s i l i u s J o a n annorum 20, Graecus, non uniti ritus, staturae parvae, oblongi, fuscii vultus, nigrorum capillorum, nasi protuberantis.

2. Natus in Macedoniae civitate Ambelagia.

3. Anno 1773 cum ablicentionali Turcico testimonio per Belgradum venit Zemlinium, ubi a commandante regio Pestinum literas sanitatis et passuales secum adferens.

4. Ibidem Pestini tempore aliquo commoratus est,

5. Iam vero a quinquennio Kecskemétini.

6. Apud homagiatum Graecum Ladislaum Rósa penes Viennenses merces sodalem agit.

7. Ablicentionale porro testimonium vigorem suum cum effluxu anni amisit.

8. Novas autem passuales ac sanitatis literas Semlinii a regio commandante Praesidii accepit.

9. Ottomanicus sudditus.

XIV.

1. M i c h a e l P i l l j a annorum 32. Graecus, non uniti ritus, staturae mediocris faciei subfuscae pinguis ac rotundae, nigrorum oculorum ac capillorum, coelebs.

2. Natus in Macedoniae civitate Kozanj.

3. Anno 1775 per Belgradum cum ablicentionali Turcico testi-

monio venit Semlinium, ubi post expletos contumaciae dies cum sanitatis et passualibus literis intravit in Hungariam.

4. Venitque recta via Kecskemethinum.
5. Ubi in hodiernum diem moratur.
6. Quaestum non exercet, sed per homagiatos Graecos quaestores erga conventam mercem ad nundinas interdum expeditur.
7. Ablicentionale Turcicum testimonium pridem exspiravit.
8. Passuales autem prout et sanitatis literas Semlinii a regio commandante obtinuit.
9. Ottomanicus subditus.

XV.

1) Stephanus Miskolczy annorum 50, Graecus, non uniti ritus, staturae mediocris, macilentae oblongae faciei, canorum capillorum.

- 2) Natus in Macedoniae civitate Sateszta ibidemque uxoratus.
- 3) Anno 1763 per Belgradum cum Schaeda Haracs venit Zemlinium, ubi expletis contumaciae diebus a Praesidii commandante obtentis passualibus ascendit in Hungariam,
- 4) Directa via Szolnokinum,
- 5) Sed iam a duobus annis Kecskemétini commoratur.
- 6) Penes Viennenses merces Pauli Drokliia homagiati hujatis quaestoris Graeci pro conventa mercede se detinet.
- 7) Ablicentiationis Schaeda seu Haracs pridem iam exspiravit.
- 8) Novas autem passuales et literas sanitatis Semlinii accepit.
- 9) Ottomanicus subditus.

XVI.

1) Nicolaus Drokliia annorum 38, Graecus, non uniti ritus, staturae mediocris, nigrorum oculorum ac una crispiorum capillorum, fuscae faciei.

- 2) Natus est in Macedoniae civitate Sateszta.
- 3) Anno 1753 venit per praesidium Vidin cum ablicentionali Schaeda Haracs in Meadium, ubi sanitatis et passuales literas a regio commandante accepit intravitque Hungariam et continuo progrediendo
- 4) Pervenit usque Viennam, unde descendit Pestinum, ubi apertiori habitat.
- 5) Kecskemétini autem cum diversione interdum immoratur.
- 6) Quaestus illius non constat, nec merces Kecskemétini habet.
- 7) Ablicentiationis Schaeda eius pridem exspiravit.

8) In Meadia autem elargitas passuales vel ut deperditas exhibere non potuit.

7) Ottomanicus subditus.

XVII.

1) Paulus Droklija annorum 50, Graecus, non uniti ritus, staturae mediocris, faciei rubicundae mundaе, nigrorum capillorum, coelebs.

2) Natus est in Macedoniae civitate Sateszta.

3) Anno 1753 per Belgradum cum ablicentionali Schaeda Turcica venit Pancsovam, ubi post expletos contumaciae dies passualibus et sanitatis literis provisus intravit Hungariam.

4) Venit per varias diversiones Kecskeméthinum, modo vero Temesvarini se detinet, sed

5) Per intervalla Kecskeméthinum ascendit et morari solet.

6) Temesvarini mercibus Turcicis quaestum exercere consuevit.

7) Ablicentiationis Turcicae testimonium iamdudum exspiravit.

8) Et tam hoc, quam vero Pancsovae datus sibi passuales, literas tamquam deperditas producere non potuit.

9) Ottomanicus subditus.

In oppido Nagykorös

I.

1) Georgius Csuliga annorum 55, Graecus, Graecus ritus non uniti, uxoratus, mediocris staturae, variolatus, corpulentus, balbutiens, subnigrorum et in canitium vergentium capillorum.

2) Natus est in Macedoniae civitate Kozsáni, ubi uxorem actu habet.

3) Anno 1764 Pancsovae sine ablicentionali Turcico testimonio explevit contumaciae dies et penes passuales a direttore regio sanitatis elargitas, quas subseque perdidit, venit in Hungariam.

4) Directa via venit ad oppidum Nagykorös.

5) Ab anno 1740 primo nempe ingressus sui tempore in oppido Nagy - Körös moratur.

6) A tempore inhibitionis publicae nullum quaestum exercet nec merces ulla habet.

7) Dixit, quod nullum habuerit.

8) Habuit, sed illas, prout declaravit, perdidit.

9) Declarat ulterius etiam pro Ottomanico subdito, cum uxorem et bona in Turcia habeat.

II.

1) *J o a n n e s M i n u* annorum 22 Graecus, Graeci ritus non uniti, coelebs, altioris staturae, mundaе rubrae faciei, nigrorum capillorum et mysta cum sodalis apud Constantinum Popovics homagiatum Graecum.

2) Natus est in Macedoniae civitate Kozsán.

3) Anno 1773 penes ablicentionale Turcicum testimonium venit Zemlinium, ubi expletis contumaciae diebus obtentisque a sanitatis direttore regio passualibus literis intravit Hungariam.

4) Venit primo Colocam, ubi duobus annis mansit. Kecskemetini pariter annum transegit, inde divertit ad Nagy - Kórös.

5) Moratur ab eo tempore in oppido hoc Nagy - Kórös.

6) Exercet quaestum cum homagiati Graeci heri videlicet suis mercibus iat in fornice, prout nundinis, quam eiusdem sodalis pro annua mercede.

7) Ablicentionale testimonium Turcicum ad annos dumtaxat extensum exspiravit,

8) Cum expletione contumaciae Zemlinii passuales novas a sanitatis direttore regio accepit.

9) Adhuc subditelae Turcicae inhaeret ablicentionaleque testimonium Turcicum prae manibus habet.

III.

1) *M i c h a e l D a d a m o j* annorum 26, Graecus, Graeci ritus non uniti, coelebs mediocris staturae, variolatus, oblongae et flavae faciei, apud Theodorum Scherhatli homagiatum Graecum sodalis.

2) Natus est in Macedoniae civitate Kozsán.

3) Anno 1767 cum patruale suo penes ablicentionale Turcicum testimonium venit Zemlinium et expletis contumaciae diebus cum literis sanitatis directoris regii item praesidii commandantis Schaedae intravit Hungariam.

4) Directe venit Kecskemétinum et post sex annos ibi expletos

5) Transivit ad oppidum N. Kórös, ubi actu quoque moratur.

6) Proprium nullum exercet quaestum, sed apud praefatum herum suum in quaestu sodalem agit pro fixa mercede.

7) Testimonium ablicentionale Turcicum patruelis eiusdem cum discessu suo accepit.

8) Has pariter testimoniales et passuales Zemlinii elargitas mentionatus eiusdem patruelis habet.

9) Insistit Ottomanicae subditelae.

IV.

1) Joannes Gyeork annorum 17, Graecus, Graeci non uniti ritus, coelebs, sat altae staturae, rubrae mundae faciei, subnigrorum capillorum, tyro apud homagiatum Graecum Abrahamum Szabó.

2) Natus est in Macedoniae civitate Kozsán.

3) Anno 1778 penes ablicentionale Turcicum testimonium venit Zemlinium expletisque contumaciae diebus penes passuales sanitatis directoris regii ita et praesidiario commandante regio obtenta Schaeda sanitatis intravit Hungariam.

4) Directa via venit ad oppidum Nagy - Kórös.

5) Ubi actu quoque moratur.

6) Nullum quaestum exercet, nec merces habet, sed artem velut tyro quaestum exercendi discit.

7) Ablicentionale Turcicum testimonium ad unum annum extensum est adeoque nondum exspiravit.

8) A Praesidii commandante et sanitatis direttore pariter regio novas passuales obtinuit.

9) Testimonium ablicentionale habet et pro Ottomanico subdito semet declarat.

V.

1) Joannes Pap annorum 23, Graecus, Graeci ritus non uniti, coelebs, altae staturae, oblongae subrufae faciei, longioris nasi, apud Theodorum Scherhatli homagiatum sodalis.

2) Natus est in Macedoniae civitate Kozsán.

3) Anno 1768 frater eundem deduxit Zemlinium et post expletam contumaciam intrarunt Hungariam, hic itaque seu de testimonio seu de passualibus aut Schaeda sanitatis, velut eo tempore puer, nihil scit.

4) Directa via ductus est ad Oppidum N - Kórös, ubi per fratrem relictus.

5) In praefato oppido actu quoque moratur.

6) Cum heri sui mercibus velut sodalis quaestum exercet pro annua fixa mercede in fornice et nundinis.

7) Frater eiusdem (ut opinatur) illud secum accepit.

8) Hae quoque si tamen Zemlinii datae sunt, prae manibus eiusdem fratris manere debuerunt.

9) Nunc declaravit se ipso subdito Caes. - Regio fidelitatemque iurare velle insignavit, dum nempe tempus servitii apud dictum suum herum explevit.

VI.

1) Theodorus Racha annorum 21, Graecus, Graecus ritus non uniti, coelebs, altae staturae, rotundae mundae et rubrae faciei, subnigrorum capillorum, apud Theodorum Scherhatli homagiatum Graecum sodalis.

2) Natus est in Macedoniae civitate Blacs.

3) Anno 1771 cum patruale suo per passum Zemliniensem intra- vit Hungariam, habuit ablicentionale begi testimonium, ita passua- les Schaedamque sanitatis e regio Praesidio elargitas, sed haec omnia eiusdem patruelis Zemlinii actu habitans retinuit.

4) Zemlinii tres annos in scholis explevit, ita venit ad oppidum Nagy - Kőrös,

5) Ubi actu quoque moratur.

6) A mercibus homagiatu Graeci, apud quem sodalem agit, ha- bet annuam fixam solutionem, illas ea propter in fornice et nudinis distrahere solet.

7) Illud patruelis eiusdem (uti infirmavit) Zemlinii detinuit.

8) Has quoque Zemlinii elargitas patruelis eiusdem exhibere posset.

9) Prius quam cum patre suo Zemlinii existente considet, semet pro subdito Caes. - Regio declarat.

In oppido Czegléd

I.

1) Joannes Festó annorum 61, Graecus, non uniti ritus, faciei oblongae macilentae mundae, canorum capillorum, uxoratus.

2) Natus in Macedoniae civitate Kozsán, ubi uxorem, proles et bona habet.

3) Anno 1776 per Belgradum cum ablicentionali Turcica begi Schaeda novissime venit Zemlinium, ubi post expletos contumaciae statutos dies a commandante regio passuales et sanitatis literas elargitas accepit intravitque Hungariam.

4) Per Petrovaradinum ascendit Pestinum unde vero

5) Descendit Czegledinum, ubi actu etiam moratur.

6) Nullum quaestum exercet, nec merces actu habet, sed apud homagiatum Graecum, cui universas merces antea vendidit, ut illorum pretium ab eodem sensim levare valeat, semet detinet.

7) Ablicentionalis begi Schaeda pro uno dumtaxat anno emanata iam expiravit anno nempe praeterito.

8) Novas autem passuales sanitatisque literas Zemlinii a militari Praesidio elargitas nobis in origine produxit.

9) Ottomanicus subditus ac ideo retinet ablicentionalem begi schaedam.

ΠΙΝΑΞ ΠΕΡΙΕΧΟΜΕΝΩΝ

ΠΡΟΛΟΓΟΣ

- I. Conscriptio mercium reperibilium in fornicibus Graecorum mercatorum anno 1737 peracta.
- II. Specificatio valoris mercium Graecorum quaestorum anno 1737.
- III. Conscriptio Graecorum in processu Kecskemét anno 1754 peracta.
- IV. Conscriptio taxalistarum anno 1756/57 in processu Kecskemétiensi.
- V. Conscriptio taxalistarum anno 1757/58.
- VI. Graeci Ritus contribuentium regestrum in processu Pilisiensi anno 1766.
- VII. Nomina locorum et taxalistarum dice anno 1772/73.
- VIII. Conscriptio taxalistarum pro anno 1774/75.
- IX. Examina adjurandorum ad fidelitatem Suae Mattis. Graecorum (anno 1774/75).
- X. Conscriptio Graecorum Kecskemétiensium anno 1776.
- XI. Conscriptio Graecorum Portae Ottomanicae subditorum in processu Kecskemétiensi.

LOCA, UBI GRAECI IN SAECULO XVII-XIX HABITABANT

Abony	Kóka
Akasztó	Kunszentmiklós
Alpár	Lajosmizse
A'gasegyháza	Monor
Cegléd	Nagykátá
Csanád	Nagykörös
Csobánka	'Ocsa
Dömsöd	Páhi
Dunapataj	Pomáz
Dunavecse	Ráckeve
Fajsz	Rékás
Fülöpszállás	Sári
Gomba	Solt
Gödöllő	Soroksár
Gyón	Sükösd
Gyömrő	Szabadszállás
Harta	Szalkszentmárton
Irsa	Szentendre
Izsák	Szentmártonkátá
Kalocsa	Tas
Kecskemét	Tápiószele
Kerekegyháza	Tura
Kiskörös	Üllés
Kiskunfélegyháza	Üllő
Kiskunhalas	Vadkert
Kiskunmajsa	Vác
Kistétény	Verseg

Oppida possessionesque Comitatus Pest-Pilis-Solt, ubi Graeci in saec. XVII-XIX. habitabant.

